

## Alte Drucke

**Dauidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Ivdicvm, Rvth, in  
Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ**

**Chyträus, David**

**Lipsiae, 1592**

**VD16 C 2504 T. II**

**Caput tertium & quartum.**

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests please contact the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

masticatur. vnde fortassis nostrum masticare originem duxit. *Nomine RaHab.* Quæ postea nupsit Salmoni, ab auro regis Davidis, Matt. 1. 22. RaHab, per H, dilatatio, per h minus, clatio, altitudo, superbia. Psal. 78. Memor ero Rahab & Babylonis, Psal. 89. Tu humiliasti sicut vulneratum Rahab, Esa. 51. Nunquid non tu percussisti Rahab, vulnerasti Pharaonem, Nunquid non tu siccasti mare. In his locis, sicut & Esa. 30. vocabulum Rahab, Aegyptios interpretantur, quorum superbiam passim Prophetæ taxant. *Regi Hiericho.* Consuli vel capitaneo urbis. Non fuerunt reges Galliæ, aut Hispaniæ, vnuſ & triginta reges illi per Iosuam vici, quorum cap. 12. catalogus recensetur: sed, sicut reges Homerici, pares potentia fuerunt mediocribus principibus vel comitibus Germaniæ.

*Solarium domus sue.* Supremam contignationem domus, non tectam lateribus vel scandulis, vt apud nos visitatum est, sed soli expositam, & vndiquaq; patentem, sicut in Iudæa & toto oriente plana tecta plerunque habuerunt, & figuræ cubicæ domos ædificarunt, quales hodie etiam Hierosolymis & Damasci pleræq; cernuntur. *Siccauit mare rubrum.* Exod. 14. Esa. 63. 51. Psal. 114. 106. &c. Seon & Og. Num. 21. Deut. 2. 3. Psal. 135. *lido* vastator *ly* coquus. *Misericordiam feci vobiscum.* Benefeci vobis gratuito fauore & beueuolentia. *Anima nostra sit pro vobis in mortem.* Seruabimus te, etiamsi nobis moriendum sit. *Faciemus in te misericordiam & veritatem.* Wir wollen dir alle treu vnd wohthat erzeigen. Erimus veraces & constantes in seruando promissio, & benefaciemus tibi.

*Funiculus coccineus.* Coloris coccinei, qualis est lanæ coco tinctæ, *Liechtröt / Carmasinrot.* Bis tincta obscurior est, ad purpureum color rem accedens. Sed de coccino in explicatiōne locorum doctrinæ copiosius dixi.

## Caput tertium & quartum.

**H**istoria mirandi transitus populi Israël, per siccatum Iordanis, in messe ex undantis, alueum: illustre testimonium est, patefactionis, omnipotentiæ, bonitatis, & presentiæ veri Dei, in ecclesia populi Israël, vt inquit textus, in hoc scietis, quod Dominus Deus viuens in medio vestri est, qui veluti scopulos flumina stare iubet. & Psal. 114. Mare vedit & fugit; & Iordanis conuersus est retrorsum. Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam propter misericordiam tuam & veritatem tuam. Quare dicent gentes, vbi est Deus eorum? Deus autem noster in cœlo omnia quæcunque voluit fecit. Israël spera in Domino, adiutor eorum & protector eorum ipse est. Deinde testimonium est certitudinis doctrinæ ac promissionum huic populo traditarum, admonens, vt hunc vnum verum Deum, in ecclesia patefactum, iuxta doctrinam ab ipso traditam agnoscamus, & fide ipsius doctrinam & promissiones amplectamur, eumque timeamus, & omnibus veræ pietatis officijs colamus, vt in fine capitil quarti dicitur, Siccauit Dominus Deus Iordanem istum, vt discant omnes terrarum populi, fortissimam Dei manum, vt nos timeamus Deum nostrum omni tempore. & Psal.

124. Isra-

114. Israël spera in Domino, adiutor & protector eorum ipse est. Tertio fuit confirmatio diuinæ vocationis & autoritatis Iosuæ. Quarto fuit *typus ac imago transitus veri Iosuae Domini & saluatoris nostri Iesu Christi*, per Iordanem passionis & mortis sue, quo, nos per Iordanem aernnarum huius vite, & medium mortem, in promissam vitæ & beatitudinis eternæ requiem traduxit, Ebr. 3. 4. Psal. 95. Nam hoc ipso in loco Iordanis, ad Bethabara, quæ vox domum transitus significat, vbi Israëlitæ Iordanem, duce Iosua, anno mundi 2493. die decimo primi mensis transferunt: Dominus & seruator noster Iesus Christus, anno millesimo quingentesimo post, à Iohanne baptizatus, ministerium suum inchoauit. & post triennium, eadem die decima primi mensis, qua filij Israël duce Iosua Iordanem è regione Iericho transmiserant: ipse etiam Christus (ante paucos dies, ab hoc ipso loco Iordanis, vbi Iohannes primum baptizauerat, in Iericho profectus, cùm in eo itinere apud Zachæum diuertisset, & coecos aliquot sanasset) urbem Ierosolymam, pompa triumphali, die palmarum inuenctus est, nbs, seu transitum suum ad patrem, qui est iustitia & salus nostra, inchoauit. Deinde vt sacerdotes præferunt Israëlitis arcam foederis, quorum pedibus tactus Iordanis, infrenato desuper lapsu constitit, & tutum Israëlitis iter in terram promissam præbuit: ita in prædicatione euangeli, C H R I S T V S nobis per apostolos & alios ministros proponitur & præfertur, quem fide sequentes, per Iordanem huius ærumnosæ & maledictioni legis, tyrannidi diaboli, peccato & morti subiectæ vitæ, in promissam vitæ æternæ requiem transimus. Nisi enim Christus nobis passione & morte ac resurrectione sua præiret: omnibus nobis in profundissimo flumine peccati, mortis, diaboli, legis, inferni submersis pereundum esset. Hæc allegoria totam euangelij doctrinam complectitur &, à Paulo Ebr. 3. 4. Psal. 95. vt in III. loco argumenti Iosuæ monuimus, copiose explicatur. Quinto, Historia transitus per Iordanem est imago periculorum & liberationum ac conseruationis ecclesiæ omnium temporum. Semper enim velut inter scopulos aquarum Iordanis, vel maris rubri, in immensam altitudinem coaceruatarum, quæ assidue ruinam minari, & iam iam nos oppressuræ videntur, ecclesia in hoc mundo versatur, ac velut uter in vnda mergitur, at non subinergitur vñquam, *απόνοις βαπτίζεται, διώργανος δὲ τοις θεοῖς*, Deo eam mirabiliter sustinente & seruante, vt in Psal. 32. dicitur: Veruntamen in diluvio aquarum multarum ad eum non approximabat. Tu es refugium meum in tribulatione, confera me, vt liberatus laudem te. Esa. 43. Meus es tu, cùm transferis per aquas, & fluimina non operient te. Sexto, *Baptismi imago* est Iordanis, in quo & Naaman Syrus sese ablucens à lepra peccati mundatus est, & Iohannes baptista ministerium baptismi inchoauit, & Christus ipse, in illis ipsis vestigijs, in quibus arca foederis olim constiterat, & Israëlitæ Iosua duce, Iordanem transeuntes, à Deo recepti erant, baptizatus est, qui à contagio delictorum omnes, in Iordane & reliquis aquis baptizatos, emundauit, & baptisimi aquas consecravit, vt lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti esset, in quo à cordibus omnium peccatorum nostrorum ablueremur. Hic tota doctrina de baptismo ex Matthæi 28. repeti potest. Ambrosius in Psal. 37. Agens poenitentiam de peccatis tuis, asperge super omnia ea Iordanis aquam, Iordanis enim descensio & ascensio est: quoniam qui in fonte

Mat. 20:  
Luc. 19.

sacrum

sacrum descenderit, & ascendit, vt quæ superiora sunt quærat. Descendit enim in mortem Christi, qui baptizatur in Christo, & in resurrectionem eius ascensit Rom. 6. Si autem iam baptizatus errasti, mitte aquam lachrymarum, non mendacem, sed veram, vt de profundo clamis ad Dominum Deum tuum, & paulò post, Misisti aquam Iordanis, aquam gratiæ, hoc primum bibe. Misisti aquam lachrymarum, aquam pœnitentiæ, hoc secundum est poculum, vt primum repares. Augustinus in Psal. 113. Iordanis conuersus retrorsum illos significat, qui baptismi gratiam percepérunt, & conuersi sunt ad Deum, vt cum iam retrò non habeant, sed reuelata facie gloriam Domini speculantes in eandem imaginem transformentur. VII. Vult Deus memoriam insignium & mirandarum liberationum, aliorumq; beneficiorum suorum grata mente & voce ac literis alijsque monumentis retineri & ad posteros propagari. Ideo duodecim lapides ex medio Iordanis alioe sumptos velut perpetuum monumentum miraculosi transitus Iordanis, in Galgalis erigere Israëlitæ iubentur. Ita duodecim apostoli, memoriam admirandæ & æternæ liberationis à Christo factæ, per euangelij prædicationem, ad vniuersam totius mundi posteritatem deriuarunt. Et ritum coenæ Domini eam ob causam Christus ipse instituit, vt summi erga nos amoris & beneficiorum ipsius, quod propter nos homines & propter nostram salutem homo factus est, & corpus suum pro nobis in mortem dedit, & preciosum sanguinem suum in remissionem peccatorum nostrorum effudit, recordatio & commemorationis, ad omnem posteritatem conseruaretur. VIII. Pertinet ad parentum officium, vt filios suos non tantum alant, & honestis moribus & bonis artibus imbuant, verum etiam de Deo & beneficijs diuinis piè & diligenter erudiant: eosq; ad veram agnitionem, inuocationem Dei & liberatoris nostri Iesu Christi, ad verum timorem Dei, fidem, gratiarum actionem pro omnibus beneficijs diuinis adsuefaciant, vt Deut. 6. præcipitur, Acues ea filiis tuis. & Psal. 78. Mandauit patribus nostris nota facere ea filiis suis, vt cognoscat generatio altera, & filii, qui nascuntur & exurgent, & narrabunt ea filiis suis, vt ponant in Deo spem suam, & non obliuiscantur operum Dei & mandata eius seruent.

TEXTVS. *Egredientes de Sethim.* In campestribus seu planicie terræ Moab, Num. 33. In quibus omnia, quæ à capite 22. & 25. Numerorum vsq; ad finein, & in toto Deuteronomio descripta sunt, acciderunt. Mouerunt autem castra ex Sethim, die 6. mensis primi, anno mundi, 2493. qui fuit ante natum Christum annus 1470. *Morati sunt tres dies.* Vsq; ad diem 10. mensis primi: quo Iordanem transferunt, anno ante Christibaptismum in Iordane 1500.

Oritur autem IORDANIS fluuius, Palestinam irrigans, ad radices Libani, paululum super Cæfaream Philippi, cuius Matt. 16. mentio fit. Amnis amenus, & quatenus locorum situs patitur, ambitiosus est, vt Plinius verbis vtar, accolisq; se præbens, velut inuitus, Asphaltitem lacum, dirum natura, petit, à quo postremo cibabitur, aquasque laudatas perdit pestilentibus mixtas. Ergo ubi prima conuallium fuit occasio, in lacum se fundit, quem plures Genesarum vocant, X v. 1. M. pass. longitudinis, vi. M. latitudinis, amoënis circumseptum oppidis: ex quibus præcipua sunt, ab occidentali latere Capernaum, multis concionibus & miraculis à Christo ciue illius illustratum: Inde Bethsaida patria Petri, Andreæ &

dreæ & Philippi Apostolorum : Magdalum patria Mariæ Magdalena : Ti-  
berias, Taricheæ, &c. ab orientali parte Chorazin, Iulias, Gamala, Gadara,  
Amathus, &c. Inde per amoenissimam & fertilissimam vallem delabens ad  
Mare deserti tendit. Ac paulò supra ostium, vbi latissimo & profundissi-  
mo alueo fluebat, & messis tempore vtramq; ripam implebat & egredieba-  
tur (1. Paral. 12.) Israëlitæ Iosua duce, per siccatum Iordanis alueum in ter-  
ram promissam, è regione Iericho transierunt, decima die mensis primi, an-  
no mundi 2493. anno 1500. antè, quām Christus eo ipso in loco Iordanis  
baptizaretur, Luc. 3. Matth. 3. Ioh. 1. Creberrima autem Iordanis fluuij  
mentio fit in historia Mosis & cæterorum Prophetarum, Gen. 13. 32. Num.  
22. 26. 34. 13. 31. 35. Deut. 2. 3. 4. 31. 11. &c. In Iosua & Iudicum vbiq;  
4. Reg. 2. 5. 6. 7. 10. 2. Reg. 16. 17. 19. Esa. 9. Matth. 4. 19. Marc. 1. 3. 10.  
Luc. 4. Ioh. 10. Psal. 42. 114. &c.

*Sanctificamini.* sitis parati ad transitum, commendate seu consecrate vos  
Deo pijs precibus, & orate vt vos protegat, seruet, gubernet. *In hoc scietis*  
*quod Dominus Deus viuens in medio vestri sit.* Finis miraculi, vt sit testimoniu-  
m patefactionis & præsentiae Dei in hoc populo, & veritatis ac certitudi-  
nis promissionum huic populo traditarum, de excindendis gentibus Cana-  
næis, Gen. 15. Exod. 34. Deut. 7. &c. *Cananeum & Ethæum & Euæum.*  
Nomina septem gentium, Gen. 10. interpretati sumus. *Iordanis ripas aluei*  
*sui tempore messis impleuerat.* Syrac. 24. 1. Paral. 12. *Ab urbe qua vocatur Adom.* existimo eiusdem oppidi & montis nomen esse, qui infra Ios. 18. 15. no-  
minatur Adonim, in quo, per angustam & arduam, ideoq; latronibus infe-  
stam viam, ijs, qui ex Hierosolyma in Iericho iter faciebat, transcendentum  
fuit. Quare castellum eo loco situm, & impositum præsidium fuit, quod iti-  
nerata viatoribus præstaret. *Sarthan.* זָרְתָּן Zarthan, à ω̄ adfixit: op-  
pidum ad Iordanem situm, cuius in Salomonis etiam historia 3. Reg. 7. & in-  
fra Ios. 13. mentio fit.

*MARE solitudinis, quod nunc vocatur M O R T V V M .* in Ebraeo מִתְהַלֵּל, מִתְהַלֵּל, Mare deserti (quod est) mare salis. In eo tractu fuit olim vallis Sid-  
dim, id est, agrorum, seu fertilissima & cultissima, quæ ob summam amœnitatem  
paradiso Dei conferebatur, Gen. 13. 14. (vbi nos habemus vallem syl-  
uestrem) cuius specimen mansit ad oppida Iericho & Engaddi, vbi palme-  
ta & balsami viridaria super sunt, postea propter peccata Sodomæ & vicina-  
rum ciuitatum, tota illa regio, igne & fuliture coelitus demissæ infecta est, ac  
manet illustre hoc testimonium iræ Dei, & poenæ vestigium ad omnem po-  
steritatem, in pomis illic nascentibus, quæ licet ad speciem maturitatis per-  
ueniant, mandi tamen non possunt. Nam vt Solinus refert, fuliginem intrin-  
secus fauillaceam ambitio tantum eximiæ cutis cohiberet, quæ vel leui tactu  
pressa fumum exhalat, & fatiscit in vagum puluerem. Et Egesippus lib. 4.  
Quinq; vrbes incensæ, quarum vmbra quædam & species in fauillis videtur,  
arfere terræ, & ardēt aquæ, in quibus cœlestis ignis reliquiæ cognoscuntur,  
atq; adhuc manent. Species illic specie poma viridiania, formatos vuarum  
racemos, vt edendi generent spectantibus cupiditatem. Si captas, fatiscit,  
ac resoluuntur in cinerem, fumumq; excitant, quasi adhuc ardeant. Hic  
adflatus bituminis & sterilitas ab vtraq; lacus illius ripa, per duo ferè mil-  
liaria sentitur, ac vt Burghardus monachus & alij recētes scriptores memo-  
rant, manet lacui illi tetra facies, nostra etiam ætate, sed accessus ad eum dif-  
ficilis est peregrinis, cum propter feras & serpentes, rum Beduinós pastores,

D

gentem

gentem feram, quæ hæc loca & totam Trachonitidem vagis domicilijs & latrocinijs infestat. In sacris literis Mare Salis seu Saltissimum appellatur, Gen. 14. Num. 34. Ios. 3. 12. 15. 18. Mare deserti seu solitudinis, Ios. 3. 12. & Mare MORTVM hoc ipso in loco, quod nullis ventorum flatibus, ut cætera, agitetur. Ideo apud Senecam Demetrius vitam securam & sine ullis fortunæ incursionibus, Mare mortuum appellat, nihil habere ad quod exciteris, ad quod te concites, cuius denunciatione & incursu firmitatem animi tuï tentes. Congruit cum Attali Stoici dicto : Malo me fortuna in castris suis, quam in delitijs habeat.

## Caput V.

### L O C I .

#### I.

**E**xemplum dicti, Ex dauphinis Phœcios Phœnix regi tristes fiant. In diuinis terroribus fugiunt etiam Heroum filij. Ita enim solet Deus bellum gerere cum hostibus suis, ut primum cor & animum eis cripiat, & horrendos pauores, anxietatem & metum incutiat, quo consternati & fracti, nec mentis consilio, nec manuū robore vti possunt, sed omnes etiam corporis vires prostratae & dissolutæ concidunt. Horum dauphinis Phœciorum, in regibus & populis Cananæis, exemplum hoc loco Iosua recitat, Quos Psal. 76. (Spoliati sunt potentes corde, & non inuenerunt omnes viri robur in manibus suis ab increpatione tua Deus Iacob, &c.) & Moses Deut. 28. graphicè describit, Dabit tibi Dominus cor pauidum & deficientes oculos, & animam consumtam in corpore. & erit vita tua quasi pendens ante te, & pueris die ac nocte, & non credes vite tua. Mane dices : Quis mihi det vesperam ? & vespere, Quis mihi det mane ? propter cordis tui formidinem qua terreberis. Pueri hos Homeri versiculos repeatant, Ιλ. v. τε μὲν γὰρ τε κακὸν τρέπεται γέως ἀλυδίς ἀλητ. εἰδέσθαι ἀτέμιας οὐδὲ ἐγκένετον Φρεσὶ θυμός, ἀλλὰ μετοιλάζει, ποτὲ εἰπεῖν φρέσεος αὐτὸς ιδεῖ. Καὶ δέ τε οἱ κραδίη μεγάλα σέρνονται πάλαιστραι, κῆρος οἰομένων, πάραγοντες δέ τε γίνεται οὐδόντων.

Cum igitur promissiones patribus factas de terra Canaan Israëlitis tradenda & populis Cananæis in ea excindendis, vaticinium Nohæ, Maledictus Cham, seruus erit seruorum fratribus suis, tandem perficere & implere Deus decreuisset : primum diuinos terrores regibus & populis Cananæis immittit, eorumq; corda & animos vindemiat, ut Psalmus loquitur. Quibus languefactis & ablatis, sua sponte arna de manibus excidunt, genua labant, gelidus concrescit frigore sanguis.

II. De C I R C U M C I S I O N E, quam promissioni Abrahæ traditæ (Ego Deus tuus, & seminis tui post te, &c., In semine tuo benedicentur omnes gentes) Deus adiunxit, ut esset signum promissionis, & sigillum Iustitiae fidei, hoc est, ut commonefaceret Abramum & totam illius posteritatem de promisso semine benedicto Christo, propter quem solum iusti coram Deo siebant, & in gratiam Dei & fœdus Ecclesiæ ac salutis æternæ recipiebantur. atque ita Sacramento circumcisionis admoniti, fidem remissionis peccatorum, & iustitiae propter illud semen acceptæ, confirmarent. Deinde, ut ecclesia posteritatis Abrahæ, ab omnibus cæteris gentibus, hoc signo